





# **M**anuscrito de **apóstole** **Catálogos.**

*Tom 56 folios*



...  
...  
...  
...  
...  
...  
...  
...

**E**pistole et orationes que  
dam Cataldi siculi.

**C**ataldus petro menesio  
Comiti alcotini. S.

**M**attheus quidā: cognomine sicul⁹: re vero ipsa: in media nat⁹ cala  
brya (solet enī gēs ea libēter hoc sibi usurpare) i minutissimo opu-  
sculo multa se de varijs: magnisq⁹ reb⁹ volumina cōposuisse testa-  
bas. illorū titulos tantūmodo illic notādo. Que cū diligēter pquirerē pata-  
uij: nec ea repperi: nec vsq⁹ esse a quoq⁹ audiui. Ipsum cōueni: hominē bo-  
ni sane ingenij: aspectu grauē: senectuti potius q̄ iuuētuti ppinquiū. Et rbi  
trat⁹ sū oia ab illo aucupāde inanis cuiusdā fame gratia cōficta. Atq⁹ hoc  
nō aliter detractare sit: q̄ si verū proferre: detractare sit. Eadem fere ratio  
ne credo te motū sepe dirisse: a me aliquid soluta oratiōe cōpositū desidera-  
re: vt oculis cognosceres q̄ corā aliqndo me scripsisse nō negauī. Nec te: nec  
quēuis aliū moueat epistola illa ad emanuelē regē: qua me homerū libro-  
rū numero cōsecuturū significō. Legisti enī magnā illius operis partē. Si  
mors paucissimis ānis cataldo amica extiterit: qđ forte arrogāter nimis di-  
ctū quisq⁹ putat: verū experief. Hic ito igit̄ q̄ potui ex tot perditis solute scri-  
pta colligere: q̄ tua ne iportunitate: an mea poti⁹ volūtate: t an in tenebras  
magisq⁹ in lucē p̄deāt: nō ausim dicere. scio si noluiſſe: nō edidisse. Vale.

**O**ratio habita a cataldo in aduentu **H**elisabet  
principis portugalie: ante ianuā vrbis ebure.



**E**cce lux mūdi tandē apparuit: ecce lux mūditā  
dē effulsiſ: ecce lux mundi tandē aduenit: quelō  
go tēpore nō sine maximo omniū gētiū dolore  
latuit: que lux adeo clara: adeo splēdida: adeo  
potēs est: vt omne oculorū meorū acumē ituēti  
mihi suis radijs eripiāt: auditū minuat: linguā  
dicēti torpere: mentē vero omnē proſsus faciat  
hebescere. Quid dicā: qđ agam: quo me vertā:  
nescio. Nunc nūc vellē clarissima lux: licere ora-  
torib⁹: qđ poetis licet: in principio operū numē aliqd inuocare. Ego enī nō  
vni⁹: aut phebi aut calliopes: sed omniū deorū auxiliū implorarem. In his  
paucissimis: q̄ ciuitatis ebure nomine celsitudini tue expositur⁹ venio. Im  
mo (vt christiane loquar) ad deū ipsuz oīm rerū conditorē: quē trinū t vnū  
credim⁹: cōfugerē. Quinetiā tāta est nūc mētis mee trepidatio: tāta animi  
a ij

caligo:tāta cōfusio ex claritatis tue aspectu meis viscerib⁹ exorta: vt: salua  
pace nullorū deorū: nullarū dearū memor eristā: sed tantūmodo: numinis  
tui incredibilē vigorē pauidus stupidus: trepid⁹: territus: et vir pedib⁹ me  
substīnēs mecū ipse contēplor: quādoqdē formosissimī corporis figurā pre  
ūmmēso splēdore (vt desidero) intueri nequeo. Terrēt etiā me animi tui inu  
mere virtutes: quarū (vt publica fama est) q̄ magis excellat in te difficile est  
iudicare. Et certe licet nō nihil parat⁹: premeditatusq; ad dicendū venerā:  
viso tamē tāti sideris fulgore: statī qđ dicēdū pposuerā: e memoria excidit  
qđ cū p̄dideri: me quoq; hoc dedecore pditū esse animaduerto. Arguant  
me q̄ntū velit artis preceptores. Arguat inq̄ et corripiāt: omnino aliqd in  
tāta necessitate numē iuocabo: malo enī in arte errare quā turpiter labit: et  
miserrime perire. Te igitur serenissima lur iuoco: te iplozo: tuū sanctissimū  
numē exposco: Redde precor oculis meis qđ tuo aspectu surripuisti: Red-  
de auditū: redde ligue loquēdi facultatē. Redde mēti pristinū itelligēdi vi-  
gorē: quē ob tuā repētinā claritatē dudū amiserā: Totus ex arbitrio tuo pē  
deo. Si pmiseris: potero fortiter psistere. Si abnueris ab incepto ignomi-  
niose cadā. Sed iā paulatī sētio clemētissima dñia refici mihi vires iā perdi-  
tas: et aliquātulā dicēdi facultatē ex tua benignitate pmmissioneq; recupe-  
rare. Quapropter: ij quorū causa: et nomine hūc locū consēdi: et ego quo-  
q; in marīmū: celesteq; munus suscipim⁹. Gratulatur itaq; celsitudini tue  
tota hec ciuitas mirifice: atq; manū obediētissime deoscularur: et te p̄ncipē  
suā reuerentissime excipit et conoscit: et cū ea ciuitates oēs horūq; regnorū  
oppida tota mente idē faciūt. Que vt expectatissima: desideratissimaq; oī  
b⁹ fueras: ita acceptissima carissimaq; āte omnia existis. Nec villo tēpore lu-  
sitana gēs iprimis ātiquissima: nobilissimaq; vrbs hec tātū gaudiij quātū  
presēti die animo cōcepit: quē diē illo: in quo a maurorū manu liberata fuit  
letiorē: feliciorēq; esse ore: verbo: opere: vbiq; demonstrat. Neq; id īmerito  
Quid enī maius: quid nobilius: quid magnificētius altius: preciosius: et  
deniq; sancti⁹: tuo optatissimo aduētu ī toto regno cōtigere poterat. Lerte  
nihil. Nā si p̄ te meritis: virtutib⁹ q; tuis marīma es: quāto magis faciēda  
magis honorāda: amāda: t cūctis reb⁹ preferēda es: cū potētissimorū re-  
gū castelle sis filia? Quorū ferdinādū patrē siue in religione cū iustiniano  
diuini cult⁹ amātissimo: siue imperij latitudine omniq; virtutū genere cū oc-  
tauiō victoriosissimo: trāq; llissimoq; ī imperatore cōpares (quāq; marīm⁹  
vterq; fuerit) lōge tamē maiorē: supiorēq; illis cōperies. Helisabet vero ma-  
trē ī ijs q̄ bello: paceq; p̄ multos ānos vltra feminineū serū gessit: non tātū  
dicā magnarū dñarnm: reginarūq; supasse virtutes: sed oīum dearū exces-  
sisse gloriā ausim affirmare. De quib⁹ cōmodior dicendi: scribēdiq; locus

2

erigitur. Aunc ad alia ad rem etiam tuam attinentia festinemus. Accedit  
ad decorum exornationeq; t maiestatis tue amplitudinē: Alphonsus: prin-  
ceps gloriissimus. Sponsus quidē tuus decentissim⁹: ioannis inuictissi-  
mi portugalie regis t lianore regine filius. qui vt est vnicus fil⁹: ita in toto  
terrā ambitu vnicus est princeps. Siue in eo elegantiā corporis: vires:  
habilem⁹ ad omnes honestas exercitationes dispositionē cōsideres: vere  
cōstanterq; dices: in hunc vnu formādū: omnē sui vim naturam effudiſſe.  
Statura procera: vultu virili: oculis vegetis: capillo flauo: colore candido  
rubore decentissime admirato. Deniq; tam bona corporis cōpositio est: vt  
phoebum alterū: nisi parentes nosceremus: esse illū procul dubio arbitra-  
remur. In morib⁹ autem: ingenio: facilitate: modestia: pietate: liberalita-  
te: t ceteris animi dotibus: nullus vñquā non modo nostris: sed ne priscis  
quidem temporibus visus: auditus ve aut lectus: in quorumuis autorum  
libris: virorū prudentiū iudicio extitit. Grauitas vero in illo tanta est: vt q-  
cunq; dicit: quecūq; agit: nō velut a quindecim annorū adolescentulo: sed  
velut a catone sene proficiscuntur. Ne eq; hanc virtutū magnitudinem ali-  
quis admirari debet: cum ioannes potentissimus rex illius pater: non hu-  
manitatis: sed diuinitatis vim a natura sit consecutus. qui adeo in omni re-  
rum prudentia prouidus: in omni rerū cognitione expertus: in omni bona  
rum artiū disciplinarūq; vsu peritus est: vt ob tantam exuperantiā dei nu-  
tu e celo in terras elapsus ab omnib⁹ existimetur: vt omnes corrigat: om-  
nes doceat: omnes emendet. Artes liberales dicuntur septē: hic sapientissi-  
mus rex nō soluz omnes septem scire: verumetiā nouem: t eas nō didicisse  
sed per se inuenisse: secumq; a natura attulisse videtur. Siue quis cum illo  
de astrologia verbū faciat: nihil melius nosse videtur: q̄ astrologiā. Eu-  
cum aliquo religioso de rebus diuinis incidat sermo: nemo in dubitationi-  
bus proponendis: solutionibusq; afferendis rege ipso subtilior. Eundē in  
philosophia: t in quavis facultate se prestat. Omitto cosmographiā: omit-  
to historias omnis: tum romanas: tum grecas: longe promptiores diluci-  
dioresq; habet ijs ipsis: qui proprijs sunt dediti facultatib⁹. Ne ac pudet me  
mei ipsius testimoniu afferre. Cū aliquid aut carmine: aut soluta oratione  
compono: nullū rerum mearū meliorem emendatorē: castigatorēq; rege  
nostro inuenio. Aludit enim libenter benignissim⁹ rex: t legit libentius lin-  
gue latine opera: quotiens opportuno tempore sibi offerūtur. Idem adeo  
summarū rerum scrutator est: vt in tam recenti etate ad indiam fere usq; p  
maritimā meridiei plagam suis nauigij transfretauerit: abditissimaq; lo-  
ca nullo romanorū tempore adinuēta: immodicis sumptibus patefecerit:

a iiij

multos quidem prae se secte homines ad catholice fidei cognitionem conuentendo. In rebus autem bellicis: in quibus ab adolescentia viuente diu alphonso patre se exercuit: presertim in aphyricanis expeditionibus: quis dux in subeundo audacter: in conficiendo celerior vnguis extitit: quem seu alexandrum magno: seu caio cesari (in quibus maxime claruerunt) opponas: aut excellentiorem hunc: aut certe nulla ex parte dissidentem inuenies. Nihil quam tumuis magni honoris: emolumentiq; quod domus foris vegetatur: nisi peractis prius soleniter sacris aggreditur. Illud in eo mirandum: notatu q; dignissimum clare: apertere q; nimis perspicimus. Quod cum omnia creata naturaliter ipsa die senescant magis: noster vero rex prouidentia quadam dei quotidie iunior: fortior: formosior q; efficitur. Ut quid de serenissima regina: principis matre dicam: De cuius laudibus satius esset tacere: quicquid breuiter diminuteq; dicere. Hic marcus tullius latine: hic demosthenes grece facundie pater: dicendo deficerent. Siue quis eam a benignitate: siue a mansuetudine: sagacitate: prudentia: omniq; animi cultu velit commendare: potius verba credat sibi defutura: quod sententias quibus suam illustret orationem. cuius tanta est ingenij vis: tum interpretando: tum legendo sacre paginae et latine lingue volumina: mira quadam facilitate: velocitateq; legendi: ut non lectrix aut interpretatrix: sed interpretatorum: lectorumq; operum conditrix esse censeatur. Si tam facilem: tamq; affabilem se omnibus non preberet de sibyllis aliquam non abre illam iudicaremus. Quanquam de sibyllis: alijsq; doctissimis: que traduntur: minus credenda sunt: utpote in libris iam diu redacta. Hanc tam dominam quotidie videmus: cernimus et manibus (ut ita loquar) tangimus. De pulchritudine nihil refero. Cum apelles ipse: et parrhasius si fato aliquo reuiuiscerent: nec se vidisse: nec se huius formis similem pinxitse faterentur. Et quicquid modo de patre socero: de matre scru attigi: non eos laudandi causa attigi: sed ad amplificationem: ornamentumq; tuum illustrissima princeps adduxi: que talem: tantumq; patrem: talem: tantamq; matrem sponso medio adeptassis. His igitur et tui animi bonis nec non tantis parentibus decorata: non ne es et ihs qui fuerunt ante hac: et qui hac sunt tempestate: qui ve futuri sunt: merito preferenda? Nihil ad perfectiois tue cumulu: nisi hec sanctissima coniunctio deerat. Que isto pacto confirmata iter celestes te viuete adhuc conumerari facit. O tempus felicissimum o tempus beatissimum: quo te inclyta dñia patres duos: duas matres habere contigit. Quo tempore statuit et mirabili prouidentia voluit deus. ut quem admodum regia vtrinq; consanguinitate: et regorum vicinitate eratis propinqui: ita arctiori consanguinitatis affinitatisq; vinculo essetis colligati: ut ex sex corporibus unum corpus. ex sex animis una coniceretur anima.

Eodem sanguinis genere: eadem origine derivata. que sit & nostris & cunctis futuris seculis: tum ipsa per se: tum sobole: propagationeque sua duratura. Qui omnes adeo natura conneri sunt: ut si alterum ab altero in laudando tollas: immodestissime dicas: necesse est. Genus autem tuorum patrum & matrum cum sit idem: & omnium generum maximum ac nobilissimum: magnorum: multorumque regum longa serie continuatum: & in vestre stirpis chronicis latius pertractatum: nihil in presentia esse a me dicendum arbitror. Neque hic ad exornandum: confirmandumque (ut plerumque aucto rie fieri solet) veterum historias: aut aliunde exempla adduco. Si quidem tanta est dicendi de te vertitas: tantus euagandi in omni genere laudum campus: ut non ego huc ab aliis afferre: sed alij hinc singularia exempla optimasque imitationes sumere debeant. Quorsum enim vetusta monumenta evoluam: quorsum historicos requiram: cum apud illos: cui te comparem: non inueniam? Tu morib⁹ vñica es in terris phenix: Tu in litteris polymnia: Tu vrania: Tu euterpe: Tu es diua illa: quam solam poete post hac inuocabunt: de qua ipsimet inuocando scribent: de qua oratores enarrabunt: de qua historici volumina confident. Sapientia palladum: pulchritudine ac pudicicia dianam excellit. Quo fit: ut tu sola tanto sponso digna: utque ipse solus tanta sponsa dignus superna concessione reperti sitis. multis ad tui cognitum claris principibus contendentibus. Numquid dubitamus (ad te nunc me conuerto sacratissime rerum) eam a celitudine tua vnicice amari non debere? Numquid dubitamus ea a celitudine tua plurimum magnifici non debere? Immo certo scimus: & quia ipsa meret: & quia natura mitissimum es: ne monento quidem temporis te illam ab intimis precordiis amoturus. Sed quia non oratus p̄cipue huc veni: ad finem nostra properet oratio. Nulla perfecto ges quam uis imanis: barbaraque admodum foret: a vestrarum laudum commemoratione abstinebit. Laudabunt celitudines vras (ut hic incipiā) veneti: illyrici: germani: galli: sardi: baleares: celtiberi: britanni: anglici: catabri: cimbri: sicambri: daci: scythe: sarmate: greci: mauri: arabes: egypti: assirii: teucri: indi: ethiopes: & si qui sunt antipodes. Nemus tota europa: asia: aphyrica: & si qua est alia preter istas regio: quod lateat: perpetuis laudibus felicitatem istam extollent. Quoque mirabiliter est: quodque magis oes admirantur. Ex quo a corduba versus pedentem: ocioseq; profecta es: nulle pluuiie: nulli himbres in tanto tempore spacio deciderunt: nulli venti (ut in aspera hyeme solent) regnauerunt. Semper tecum magna aeris temperies: magna celi serenitas: nulla inde segetibus: nulla arboribus: nulla colonis incommoditate allata. Luprimū vero ad destinatū locū puenisti: miraculo quodā dei commodissie pluuiie super capos abunde

a lliij

diffuse sunt: ut intelligeret unusquisque diuinum donum tecum et in gremio tuo ad nos portasse. O diem faustissimum: o diem candidissimum: o diem omnibus diebus anteponendum. Non solum totius hispanie populi: verum etiam extere: remotissimeque nationes hac tanta solemnitate gaudent. Molo singulorum alacritatem commemorare: viorum: mulierum: puerorum: seniorum: puellarum: infantium: et ceterorum ratione viventium. Aduta animalia: sensu parentia: etiam illa que ante nocua fuerant: innocua nunc facta: de terrarum latebris ac cubilibus suis aduentum tuum sentientia ad tante festivitatis communionem foras prodeunt. Alues per liquidum aerem volitantes dulcius solito garriunt. Et quasi si loqui possent leticiam conceptam exprimere conantur. Et que raro vel nunquam cecinit: in aduentu tuo garrisce non desinit. Pisces quoque a fundo maris ad summiteatem exirent: tantam gloriam percipientes: vnde tranquillis huc et illuc salire non cessant. Omnia letantur: omnia iuuenescunt. Arbores: sara: fluminata: herbe: prataque: leta omnia amenaque magis quam vnde anteavidet. Quietam terra: ceteraque elementa videtur ridere: mare: aer: ignis: celum cum sole: luna et stellis: et ea que in celo sunt: congratulantur. Angelus: archangelus: animaque beate: quarum infinitus est numerus: hac arctissima coniunctione pene gestiunt: pulsant: certant: certatimque choreas ducent. Et cum sol hodierno die a summo mane usque ad hanc vespertinam horam nubium desitate aerisque nimbia crassitudine impedit exire non potuisset: cum tamem in monasterio (ut dicunt) spineto: quo civitate haec intrares: egressa es: subito adhibitis viribus impetu fecit: et nemine opinante se in publicum exhibuit. simul ut diem serenum faceret: simul ut te in magnifica mula cunctos supereminentem tanto procerum comitatu conspiceret. Et diem natura breuisimum in longius produceret: et adhuc aspicit et moram trahit. Donec tandem principum solenitas perficiatur. Nunquid nugorum: nunquid metiorum: nunquid fortasse adulorum? Quos qui adestis amplissimi patres hec omnia multo melius me dicente presentes videtis. Ultro de principum decus quid dico. Deus ipse in throno sedens: hec que hic piissime sanctissimeque geruntur: approbat: laudat: confirmat: et suo artificio tanquam optimus opifex (ut tantam diuinitatem decet.) gloriatur. Quem omnes supplices precemur: ut tales in dies successus: taliaque et maiora rerum incrementa ampliet: et adaugeat.

Finis.

78

sacris lris p reliquū vite: qd cūqz deus progaret: me dederē: parti vt ad cal  
cē cepta iāpridē opa solut⁹ ceteris curis pducere pperarē. Eōcessisti egre  
sex mensū: neclongi⁹ spaciū. Ibijs hinc cōfestim vlyxbonā cū toto comita  
tu. L. letus erā: t leticia oēs excedebā mortales. nō qr a tuo serenissimo  
abessem cōspectui: sed qr pleni⁹: cumulatiusqz rebus tuis intenderē. verū le  
ticia hec ad mensem adhuc nō puenit. Ecce lře tue me vocāt: vt ad comitē  
alcotini erudiendū vlyxbonā oī neglecta mora me cōferā: ratōe illa nitētes  
q̄ comes ipse diceret me hoc illi fuisse pollicitū: si tua celsitudo p̄cipet. Upē  
rem ab eo scire quo tpe: quo loco pmittēs me obligauerim: cū post adiūtū  
ex celtiberia tuū cū homie sim collocut⁹ nunquā. Siquidē tua semp absqz  
intermissiōe secut⁹ sum vestigia. Si licet bonoviro ad bonū dolū interduz  
mentiri: sine nota oēs boni viri interdū mētianſ. Tāta est aī tui liberalitas  
vt oīa ad rē tuā attinētia familiariū cōmodis libētissie postponas. Et nihī  
lo min⁹ vt fidelissim⁹ diligētissim⁹ qz seru⁹: scđz nō expectabo mādatū. vale

**C**ataldus emanueli celsissimo regi dño suo. S.

**O**lm fuit supuacuū cōmēdari mihi a. L. L. bernardū ioannis cu  
bicularij quondā tui filiū: q̄ supuacuū est in ardētissimū cōcitatis  
sumūqz ignē modo aliquo sufflare. Nā vt tibi in algarbiū nup pficiscēti me  
morauī: nihil esset qđ celsitudis tue causa efficere nō cōtēderē: vel vultu hī  
mī raptato ad garamātesvsqz letissim⁹ penetrarē. Verū dixi: ipetrata pri⁹  
venia: cōmēdatiōes tuas: iussaqz quāuis grauia nihil ad amiciciam p̄ tot  
annos mihi cū illo contractā addere q̄cquā posse. Satis sit circa rem hanc  
spare me ita cumulate satisfacturū: vt si quā iā diu de me opinonē cōcepas  
eā mltō magis cōfirmē: t adaugeā: aut saltē nō diminuere laborabo. vale.

**C**ohānes portugalie rex innocētio pape octauo. S.

**O**antū momēti sit in vrbib⁹ bonas artes: atqz facultates exercenti  
er vrbib⁹: regnisqz discernit: in qbus exercenti nō assuerunt: q̄ ple  
rūqz labi t in magnū discriminē: tū corporū: tū aīorū corrueere lectū  
est. Siquidē in doctorū hoīm gen⁹ effrenatū: agreste qz t iūstū se hře solet  
Eruditōrū vero rectū: moderatūqz oīb⁹ in reb⁹ ppositis bonorū malorūz  
qz finib⁹ viuit. Aclōge meli⁹ corpori: aīarūqz saluti cō sulit: q̄ ineruditī ipi  
cōsulāt. qđ cū itasit nō īmerito maiores nři (de nřfatib⁹ regib⁹ loqmur) huic  
regno nřoegregiarū artiū studia īstituerūt. q̄ qđē cū venerād° p̄ me⁹ alphō  
sus tūc rex adaugere decreuissz. lřas a sūmo pōtifice ipetrauit: p̄ q̄s ab oīb⁹  
canōicorū collegijs hui⁹ regni: certa pecunie sūma vniuersitatī vlyxbonēsi  
āno quolibet psolueref: ad studiorū reparatiōē: t stipēdiorū augmētū: q̄  
doctorib⁹ p̄ lectōe publica essent singlis ānis distribuēda. q̄ oīa qr lōgū eēt  
nīmis enarrare. ip̄as lřas ad. B. L. mittim⁹: vna cū illazū reuocatorijs: q̄s  
hi ipsi canonici ipetrauerāt. Et vt afflito maior adderet afflictio: vniuer  
d

sitas hec: q̄ dictarū l̄rarū vigore possessionē adepta fuerat: citata corā. B.  
L. se p̄sentare cogis. Nos aut̄ cupientes huiusmodi dissēssionē si nō prorsus  
aliqua saltē ex parte resecare (nō enī alteri mater: alteris nouerca sum⁹) ora-  
mus: quantū in nobis est. B. L. vt bono vniuersitatis p̄posito prospiciat.  
ex quo admodū tenuis est: t̄ collegia amplis redundāt facultatib⁹: quēad  
modū p̄ harū rerū p̄curatorē de oīb⁹ multo diffusius fies certior. Quicqđ  
sanctitas tua super his fieri preceperit: nō solū hominibus: sed deo ipsi gra-  
tissimum fore certo scimus. Valeat. S. L.

**C**joannes portugalie rex: ferdinādo neapolitano regi. S.  
**S**i vñqđ leticia aliqua affecti sum⁹: nūc tamē illa vere marieq; cō-  
moti sum⁹. p̄mū qđ de amplissima felicitate: valitudine ac statu tuo  
intellerimus. Deinde qđ l̄ras vna cū equis generoso viro paulo ve-  
nato ad nos dedisti. quē qđ dē i ijs: qđ maiestatis tue nomine nobis retulit: libē-  
tissime audiūim⁹. Eqđ aut̄ ultra spem nobis placuerūt: tū qr̄ a tāto datore mis-  
si sūt: tū qr̄ strenuitatē: magnanitatēq; p̄seferūt. De q° munere magnas tue  
maiestati habem⁹ gr̄as. Preterea freti tua nos benignitate: eundē pauluz  
p̄ aliquot dies penes nos retinebim⁹. donec nuptie iter alphōsu⁹ p̄mogeni  
tū nostrū: t̄ helisabet regū castelle p̄mogenitā celebrēt: partī vt diffusi⁹ do-  
cearis: partī vt festis peractis expediri: dimittiq; a nobis facili⁹ possit. vale

**C**joannes portugalie rex carolo gallo⁹ regi. S.  
**A**fter multas magnorū p̄ncipū virtutes: illa nō leuiter nobis p̄ba-  
ri solet: vt suorū: quos fidos ac pbos nouerint: exptiq; fuerint: tū  
iuuādo: tū remunerādo: meminisse debeāt. El quo ai munere: ne in p̄sentia  
abhorream⁹: nō ab re nobis visū est petrū almeidā istuc studiorū causa p̄fi-  
ciscētē: tibi cōmēdare. etiā si certis rōib⁹ absq; cōmēdatōe cōmēdat⁹ admo-  
dū venisset. p̄mū: qr̄ sponte t̄ mira quadam liberalitate clarissimū quenq;  
excipe: cōplecti⁹ soleas: deinde qr̄ tāta est nobilitate aīq; t̄ ingenij p̄stātia  
exornat⁹: vt maiorē cōmendationē se ipso cōperiat nullā. Omittim⁹ patre  
ioannē almeidā: abranti comitē. qđ singularibus virtutib⁹ suis: rebusq; cla-  
rissime gestis ita se se vbiq; semp gessit: vt superiorū nostrorū benivolentiā  
familiaritatēq; artissimā iniuerit: initamq; semp ad extremū vsq; seruauē-  
rit. ne dū nos ad se toto pectore excipiēdū allererit. ob qđ ignoram⁹ plus ne  
filio gratie l̄re n̄fe an virt⁹ sua sint apd maiestatē tuā allature. Utq; sit iā  
nō ambigim⁹: talē: tantūq; adolescentē tibi cōmēdatissimū fore. Nos autē  
nihil rerū nostrarū polliceri fas esse ducim⁹: cū nō dubitem⁹ ob nostrā: n̄fo-  
rūq; antiquā necessitudinē: haud sec⁹ fortunis n̄ris ac si cōmunes forēt: te  
reb⁹ exigētib⁹ vsurū. Qđ ita iter nos t̄ diligēter seruare studem⁹: t̄a te serua-  
ri: tuā magnope rogam⁹ maiestatē. Quā quidē mutuā necessitudinē ma-  
iorē i dies sincerorēq; fieri nō solū sp̄am⁹: s̄z cōfidim⁹ t̄ certissie scim⁹. vale

**C**joannes portugalie rex: duci burgū die: romanorū regi. **S.**

**P**on tantū assidua nřorū familiariū cōmēdatō te frequentam⁹: q̄ cōplures habeam⁹: quos tibi cōmendem⁹: quātū q̄ natura mitis liberaleq; ingeniuū tuū libere ad id nos agendū ipellit. q̄ quāto maiores: crebrōresq; cōmendatiōes a nobis pficiscunt: tāto alacrior: feruen-  
tiorq; in suscipiēdis illis in dies efficeris. adeo vt nō cōferre beneficiū: sed ac  
cipere poti⁹ videaris. Lerte nō cōmittim⁹ hac in re (si poterim⁹) nos abste  
superari. **S;** hechacten⁹: ferdinād⁹ alboquercus: generosus ac familiaris  
noster istuc ad te pficisciſ. nō dubitam⁹ eū a mansuetudine tua more solito  
benignissime esse ercipiendū. Tū qr vir comiter ercipi dign⁹ est: tū qr nobis  
inter ceteros carissimus. Et cū hoc tpe nihil scribendū cōducat: rogamus:  
vt devalitudine: t de statu tuo quotidie ad nos perscribas: nihil enī q̄ de  
principatu tuo bene sentire aut grati⁹: aut voluptuosius esse poterit. Vale.

**C**joannes portugalie rex duci philippo. **S.**

**O**le ferdinādo alboquerco generoso viro: ac familiarī nostro cau-  
sa nostra cōtulisti: nō magis illi grata: iocūdaq; extitere: q̄ t grata  
t magna nobis quoq; visa sunt. Omne enī beneficiū quantūvis tenuē siue  
in nos: siue in nostros. pfectū ab ijs: quos magnope diligim⁹: t gratissimū  
t oīm maximū semp iudicam⁹. In p̄sentiarū autē cū idem vir istuc ad te se  
conferat: nō grauiamur premeritis suis vehementer illum tibi commenda-  
re. quo cū equos quodā nostrates mittim⁹. Eristimātes nullis in reb⁹ q̄ i  
illis hoc tēpore nos tibi gratificaturos. Offerimus p̄terea nos: si gratioī:  
grauioriq; negocio vsui tibi esse poterimus: si p̄ litteras monebis: vel aliter  
significabis: efficiemus deo duce te voti compotem. Vale.

**C**joannes portugalie rex potenti p̄ncipi: duci britannie. **S.**

**G**isset nobis gratius nō de q̄rimonijs: sed de aliqua re vtriq; no-  
strū iocūda te certiore facere quanq; nō tāti id nos facim⁹: vt que  
rimonias appellem⁹. Lū ab eo negocio cōsensus: vōltasq; tua  
longe (vt credim⁹) abfuerit. exercebam⁹ tamē qđ debem⁹ vt t nostrar: t nřo  
rū oīm res bñ tueamur. Lucas cuiusdā nauis magister: oppidi crosoique  
in tua puincia incola: nescim⁹ quo ipetu: quo furore percitus. cōtra ius gē-  
tiū: cōtra federis t amicicie nostre iura publico itinere nřos subditos infi-  
cut⁹: inuasit. t bonis oib⁹ spoliauit. q̄ vltra fere tria francorū millia valebāt  
Nostrī autē erāt magister gilli⁹: rodoricus: t mercatores aliij. q̄ vna cū mer-  
cib⁹ t bonis quodā nauigio (qđ carauelā vulgo appellāt) vecti: ex rocella in  
patriā redibāt. Quā ob rem amice: benigneq; te rogam⁹: vt q̄ nō iure arre-  
pta sūt iure restitui mādes. qđ nō aliter te facturū cōfidim⁹. p̄mū qr iusticie  
qđ suū est: reddes. t rē nobis q̄ gratissimā facies. Deinde qr nō nisi vt ma-  
gnanimū inclytūq; p̄ncipē decet: te oib⁹ in reb⁹ sp̄ gessisse certo scimus. vale

d ij

**C**joannes portugalie rex burgo magistro  
et scabinis: ac consilio crosoique. S.

**G**loria ad illustrē p̄ncipē vestrū scripsim⁹: ad vos quoq; scribere nō  
grauamur. nō q̄ ea q̄ iure petiuim⁹ a prudēti p̄ncipe: fieri p̄ illū dif-  
fidam⁹. s̄z vt cognoscatis nos i amicos nr̄os et cōstātis et beniuoli esse ai. Et  
bitramur iā vos nō ignorare: quo pacto supiorib⁹ dieb⁹ lucas: nauis ma-  
gister: oppidan⁹ vester cōtra ius et equū velut public⁹ pyrata gentē nostrā  
dep̄datus est. Nā dū magister gilli⁹ rodo ric⁹: et mercatores quidā ex rocel-  
la in patriā reuerterēt: q̄ nauigio (qd vulgo carauelā vocāt) vehēbant: ca-  
pti ab eo et mercib⁹ suis spoliati sunt. q̄ bona ppe tria francorū millia ascē-  
debāt. Qd quidē facin⁹ nō min⁹ vobis: q̄ nobis molestum esse debet. Et  
mali prauiq; hoīes castigari: puniriq; meritis supplicijs debēt. vt nocētū  
pena multi tū boni: tū inocētes efficiant. Sed nos minime dubitam⁹ vos  
id facturos. qd fedus: qd amicicia nostra: qd demūz ratio ipsa expostulat.  
Ad qd et hortamur vos plurimū: et vt agatis vehemēter oramus. Valete.

**C**ataldus ferdinādo cotino. S.

**I**buit mihi nūc ferdināde mi carminib⁹ exordiri: q̄ in patria bien-  
nio iā amissa: video: mihi in p̄sentia reuocasse: dū tāto regi musis  
politioribusq; artib⁹ inseruio. Quid enī illi ciocūdi cōdere potuisse: ver-  
sans inter bartholū: baldū beluisum: tigrinū: suçariā: raineriū: malumbra:  
ac raphaeles: nullā p̄sertim benedicēdi nact⁹ occasiōe: Si de⁹ seruet mi-  
hi animā: a ceneso calle ad cādīdissimū iter traduct⁹ suz. plura ad te scriptu-  
rus esse: nisi l̄re: q̄s ad patruelē meū p̄ te trāfferēdas mitto: paterent: quas  
volo legas: lectasq; ac clausas tutius q̄ poteris mittes. ibi enī de reb⁹ meis  
nō nihil de tuis narro. Magna est hic de te hoīm opinio: magna regi ipsi  
erpectatio: q̄s spero: confidoq; lōge te supaturū. Interim modo: quo cepi  
sti: perge: et ita tēperate perge: vt applies quo pgis. Nec scribo q̄ memini  
me adeo vehemēte: inclinatūq; ad studia te vidisse: vt in graues egrotatio-  
nes incideris. Kex quantū ex ei⁹ verbis: aliorūq; quotidianis sermonibus  
colligo: tibi admodū affici. Ego aut̄ q̄ntū tuo bono letor: gaudeo: gloriōz  
q; deū testor. Buccinator: suz resonāst tuarū laudū: quocūq; terrarū me cō-  
fero: ita enī p̄ amicis: imo p̄ virtute ipsa: et volo et debeo facere. habes hic  
pterēa ioannē villā: q̄ adeo iudicio meo te obseruat: tātaq; charitate: pieta-  
teq; te p̄sequit̄: vt in amore erga te pene me supet. Si millies me quotidie  
cōueniret: totiēs de te mētionē facit. Si te genuisset nō tā d̄ te: rebusq; tuis  
sollicit⁹ foret. arbitror nō multū me decipi. tamē meli⁹ tu tādiu q̄ ip̄e paucis  
dieb⁹ nosti. Idē ioannes: ex quo huc veni: nūq; nec verbo: nec ope me dese-  
ruit. Debeo itaq; illi multū: multo tamē magis tibi. Lui⁹ causa tātope me  
frequentat. fac queso longas et plenas paginas ad me rescribas. Vale.

20

## Cataldus rodonico philosopho: ac regio medico. S.

**T**anq̄ epistole ea de causa potissimū cōperte sunt: vt certiores faciam⁹ absentes: q̄ tamē tui vīdēdi vix facultatē habere possūz: nō alienū ab arte esse duco: si tanq̄ ad te absentē has mittā litterulas. vt intelligas me equo aio ser mēses integros montē coluisse. Nūc vero tu⁹ hyemis aspitare opp̄ssus: tū studēdi mira icōmoditate affect⁹: vel inuit⁹ cogor vrbē petere. Fortasse prudētissim⁹ rex putat me ea frui amēitate: cōmoditateq̄ cōficiēdorū operū: q̄ p̄cipue oratores: poeteq̄ frui solēt. quorū ige nū vt noua: altaq̄ adinueniāt: nō nisi letū: tranq̄llūq̄ ac quietū esse debet. Sed cui⁹ sit hui⁹ rei culpa: taceo: malo enī leniter ferre: q̄ de quoq̄ conq̄ri. Nec scripsi: nō vt vicē meā querer: aut quorūdā insolentiā arguerē. sed vt tibi amicissimo rē meā eo pacto se h̄e explicarē: vtq̄ scires me nō de miseria sed de tēpore male pdito (quo nihil carius) tātopere sollicitū esse. Vale.

## Cataldus didaco souse. S.

**T**imaduerto dīdace mi hac tēpestate tantā esse q̄busdā rerū ignorantiā: nō dicā amentiā: vel iniqtatē: vt summū ingeniū: diuinū penē eloquiū: prudentiā singularē: moresq̄ sc̄tissimos: aut nō cognoscāt: aut certe cognita singāt incognita. Vēl saltē si min⁹ voto tentādo dep̄mere ne queāt: de tātis laudib⁹: v̄tutib⁹ q̄ imēsis liuidissime penit⁹ cōticescāt. Q̄d gen⁹ hoīm ipsis rusticis: flagiciosisq̄ hoīb⁹ odio esse debet: nedū tibi pbo honesto: ac generoso viro tanq̄ insulsuz: iprobū atq̄ insolēs iprobari: quā q̄ oīs penas: oīsq̄ tū corporis: tū aī cruciat⁹ nulli⁹ maiores: q̄ ipsorū d̄tra hentiu⁹ esse existimo. At tui amici virtus: adamātina turre fortioris: se ipsa substētāt: nullis indigēs adminiculis: nullis ne labat tigillis: nullis ne corrūat fulciminiib⁹ adiuta. Quidnā est q̄d timere: aut moueri: angī ve debeat amicus ille tu⁹? Si nō solā summā laudē: clarissimis in locis corā litteratissimis sepissime cōsecut⁹ sit: verūetiā cū disertissimis viris concertās: adolescens adhuc: palmā semp reportarit. Omitto p̄clara opa: plura quidē ac magna:cedro: eternitateq̄ dignissima. adeo vt nō imerito d̄ illo hoc philel phus disticon ediderit. Siue tibi maiors: teneri ve canātur amores. Neemo recēs palmā surripuisse valet. Et andreas barbatia post habitā bononie (quā scis) orationē i magnorū viroū frequētia iurauit se adhuc vīdisse eloquētiorē neminē. Sz q̄d op⁹ est ista cōmemorare: nō decessit: Agit iam in hūanis. itelligēt maluoli: prauiq̄ hoīes q̄d sit excitare canē dormiētē: canē inq̄: i ea natū p̄ria: vbi ⁊ inuēta ars fuit rhetorica: ⁊ vbi ceterarū disciplinarū fōtes scatere sp̄ cōptū est. Nec dubito m̄ltō pl⁹ fellis: veneniq̄ lacescitū emittere posse q̄ mellis trāq̄llū detinere. Desināt igit̄ aliq̄ blacterare: rude reqz: atq̄ virū inocētissimū indigne mordere. q̄d si faciēt honestati: honori q̄ suo cōsulēt dabūtq̄ mihi silēdi occasionē. Sin autem p̄seuerabūt: tātū toxicī quātū vix tota thessalia emittit: p̄tali amico euomā. Vale. d iij

## Cataldus didaco souse. S.

**Q**uantū tu dīdace mi: laboras die: noctuq; tantū ipse dīes ac noctes q̄esco. Tu plerūq; causa mea doles: ego aut̄ cōtra causa mea plurimū gaudeo. Tu iterdū p̄ tua in mē singulari beniuolētia tristaris: ego vero rīdeo t̄ irriideo. Tu modo eques: modo pedes: huc atq; illuc anxi⁹ ya garis: Ipse aut̄ in pluteo libros voluēs: ociosus maneo. Almīcus ille noster natura mortu⁹ est. ego ratiōe quā nosti: mortu⁹ quoq; sum: tu: q̄r tantā p̄ me capis molestiā: mīto magis mortu⁹ vīderis: ob quē aī tu inī me feruorē fidēq; admirabilē: si casu aliquo reuiuiscerē: nescio mīhi ne antibī plus debere. Sed si tu me excitare nō posses: t̄ mortu⁹ penitus iacerē: hoc fieret ut natura mortu⁹ p̄ leticia reuiuisceret. Qua re cū tu effectū sortit⁹: vni vitā: alteri mortē dares: noli tātope laborare: sed sine omnia suo vento nauigare. Erunt fortasse secundiora sponte sua: flamina: q̄ aliquo īnuocante: adiuuanteq;: sint nobis profutura. Vale.

## Cataldus rodorico philosopho: ac regio medico. S.

**A**nta voluptate afficio: q̄ īuictissimi regis gratiā inīui: deū ī mortalē testor. ego enī expromere nō possem. ac tāto magis gaudeo: q̄ amiciciā tuā mīhi cōciliaui. quā breui inter nos marimāz futurā esse cōfido. Accedit p̄terea ad hāclericiā meā futuroū operū cōfctio. que tū ex reb⁹ āte actis: tū ex vēturis t̄ magna: t̄ ampla: memoratuq; dignissima: approbāte deo: fore erīstam⁹. Verū nō nihil angor: t̄ mecū ī dignor: dū me a regijs satellitib⁹: seu hospitiorū datorib⁹ lēte: negligēterq; nō dicā īnique: tractari vīdeo. Ut dices mīhi: talē in habēdis hospitijs morā eque oībus fieri. fateor. Sz in re mea nō mīhi vīdet̄ mora: sed oīs penit⁹ cessatio. vt nō sit amplius mīhi sup tali receptaculo cogitandū: sed in mōte (quēadmodū egi ante hac) cōmorādū. Iflēc dubito si virt⁹ ac bonarū disciplinarū vis ab istis cognoscere: lōge benigni⁹ tractaremur. Talē enī vnu quēq; natura genuit: vt bonū cognitū amet t̄ magnifaciat. Et clarorū hominū īgenia: vt dilecta: atq; estimata crescūt: ita neglecta t̄ contempta de crescūt. Omittovirgiliiū: horatiū: ciceronē: q̄ntilianū: ceterosq; poetas: atq; oratores veteres: quoū auctoritas magnis fautorib⁹ vna cū doctrina ampliata est. Quid dicem⁹ de recētiorib⁹: laurētio valla: ioāne tortellio: antonio panormita siculo: leonardo aretino: t̄ francisco philelpho: quoū aliq̄ sub pōtificib⁹: aliq̄ sub regib⁹ claruerūt? Quid nisi pōtificū regūq; gratia ac liberalitas illos extulit: t̄ ad marimas rerū lucubratōes excitauit? Ideo vt erecti ipsi eos quoq; p̄ quos erecti fuerāt: claris opibus subleuarēt. eter nosq; facerēt. Ego aut̄: t̄ si illis etate: opibusq; inferior sū: nō tamē īgenio rerūq; īnuētione: ac peritia inferiorē me reputo. Una spes solat̄ me tantā virtutē nō posse diu latere. Atq; eā (dicet lateat) se ipsa cōtentā esse. Feroni

21

hilo min<sup>o</sup> equo aio hec oīa: t grauiora regis causa pferrez. Quā ob rem si  
x tutū ac dignitatū mearū rationē h̄fe nolūt: saltē ipsi<sup>o</sup> regis honori volūta  
tiqz satisfaciāt: quē qdē nō male: s̄ bñ de me iterdū cogitare existimo. vale

¶ Joannes portugalie rer henrico regi anglie. S.

**B**eminī mirū videri debet: si p familiarib<sup>o</sup>: domesticisqz nostris tā  
solliciti existim<sup>o</sup>. dū eos ab iniquorū: prauorūqz hoīm iniuria de-  
fendim<sup>o</sup> Et quē admodū ab his nulli iniuriā inferri pmittim<sup>o</sup>: ita  
ab alijs i ipsos cōmitti (quoad poterim<sup>o</sup>) nō sinem<sup>o</sup> Algīt iā ann<sup>o</sup> t vltra: q<sup>o</sup>  
mercatores qui dā anglici sub ptertu ius suū recuperādi (qd̄ falso se habere  
asserebat) nauē ioannis ferdinādi souſe generosi ac familiaris nostri occu-  
parūt. illā dū ei<sup>o</sup> nauis magister i ciuitate londinī cū nauē tuto iageret: da-  
ta occasiōe ipetratoqz gubernatoris fauore nauē eā usurparūt. quāq̄ pui-  
dēs magistrat<sup>o</sup> nō tā facile: niſi veritatē instruct<sup>o</sup>: eo pacto se gerere debuit.  
Si quid enī a nostris fuerat in illos antea cōmissuz: debuissent ad nos (vt  
fas erat) venire. nec fuisset illis a nobis vlla iusticie pars denegata. Uerū  
q̄ facta sunt: quin facta sint fieri nō potest. reparari tamē t istaurari possunt  
Et qd̄ ampli<sup>o</sup> momēti: t damni est: dū extra lares pprios ius suū queritās  
vagat: lōge pene maiores expensas fecit. H̄ogam<sup>o</sup> itaqz maiestatē tuā: vt  
data fideiūssiōe stādi iuri corā nobis: iudicibusqz nostris usurpatā nauē ve-  
ro dño restitui mādes. qd̄ nō solū erit equū t iustū: sed nobis quoqz q̄ gra-  
tissimū. sicqz amicicie nostre officio cumulate satisfactū gaudebim<sup>o</sup>. Quā  
quidem: qualis hacten<sup>o</sup> a superioribus nostris integra: sinceraqz seruata  
semper fuit: talem a nobis post hac seruari vsquequaqz studeamus. Vale.

¶ Joannes portugalie rer: gubernatori londini. S.

**B**on dubitam<sup>o</sup> etiā a prudentiorib<sup>o</sup> viris aliqua cōmitti: q̄ merito  
corrigi: emēdariqz possint. idqz cōtingit falsa aduersarij expositio-  
ne. q̄ plerūqz vt rem suā peragāt: fas t nefas iudicē instruūt. Sed  
huiusmodi calliditati ab eodē facile occurri potest. Accepim<sup>o</sup> a ioanne fer-  
dinādo souſa generoso ac familiarī nostro iussu tuo nauē quādā fuisse istic  
sibi detentā. atqz id efflagitantib<sup>o</sup> quibusdā mercatorib<sup>o</sup> anglicis factū est  
qui ab illis leſos se in negotijs suis h̄ic vlyxbone falso te informarant. Qd̄  
totū inique: praueqz explicatū esse audim<sup>o</sup>. Nec prudētes: sapiētesqz magi-  
stratus ad rerū detentiōes temere venire debēt: niſi maris causis: vrgētib<sup>o</sup>  
qz rationib<sup>o</sup> impulsi fuerint. nihilo min<sup>o</sup> nō tantū prudētie tue ascribimus:  
quātū aduersariū malicie attribuim<sup>o</sup>. quo fiet: vt cōperta veritate inanes  
t mēdaces iudicēt. Petim<sup>o</sup> igitur p has: vt qd̄ suū est illi reddi iubeas. Et  
p̄stita a ferdinādo nostro standi iuri fideiūssione nauē restitui cures. Non  
enī dubitēt aduersarij si qd̄ iuris cū eo habēt a nobis denegādū esse Equa-  
lāce oēs vros tractabim<sup>o</sup>: ac si nostri essent. Et qz diffusi<sup>o</sup> ad serenissimū re-  
gē vestrū de re hac scripsim<sup>o</sup> finē p̄sentib<sup>o</sup> iponim<sup>o</sup>. Vale. d iij

sunt refertissimi. Omitto lactantiū: hilariū: cyprianū: et similes viros facundissimos. quibus omnibus tantū lingua latina cōtulit. ut qualescunq; fuerint: qui certe marimi optimi q; fuerunt: absq; his fieri nō potuissent facultatibus. Quis est enī tā excellens litteratus: qui si lingua careat latina nō sit cecus? Es philosophus: sine illa per caliginosum aerem ambulas. Es theologus et omnibus artibus imbutus: sine amica illa mutū te et cōfusus tua etiā confessione nō negabis. Fateor posse quempiā sine dicendi arte in omni disciplinarū genere: doctū fieri. Sed quia nihil vel inepte scribendo nō relinquit vllā de se posteris memoriā: vna cū corpore ertiueſ, Arbor erit sterilis. que et si aliquā spatiantibus potest vmbram prebere: nō tamen fructum. Sed expugnem⁹ in primis istos ex ea precipue parte: qua se mari me cautos tutosq; esse arbitrant⁹. deinde aggrediemur ex altera. que nullo quantūvis instructo exercitu: nullisq; cataphrattis equitibus: bellorumq; tormentis offendī potest: vt a macerata turri caput nunq; emersuros strene deiſciamus. Dicunt propterea poetas legi nō debere: quia ad libidinē incitant hominū mentes: dū lasciuia amatoriaq; proferūt verba (quasi nemo aliis libidinosus sit: nisi qui poetis operā dederit) Qui hoc sentit: non videtur mihi poetā preter eū qui immodeſte aliquid de amoribus scriperit: lectitasse. Et inter mille graues autores: vnu eligit. quo ignorantia suā protegat. vt plenissimū rosetū ingressus inter rosarū milia vnā vellit: quā olfaciat: spinā: vel qui ex multifructifero pomario viride tātū gustat sorbū quanq; nullus poetarū est tam malus qui si recte intelligatur: nō optimus cōperiatur: et ad multarū rerū cognitionē et ad vite institutionē aptissim⁹ Et satyri licet pudibunda quedā nuncient: omnia tamē ad vite emendationem: correptionēq; diriguntur. Nam et apostoli sancti q; doctores: tū publice cōcionando: tum priuatim scribēdo multa nefanda: reprehēdēdi causa: protulerūt. Et nihilomin⁹ a catholicis salutifera leguntur: audiūtur ediscūtur. Ipsorūq; euangeliorū aliqua: quibus nihil sancti⁹: perfectiusq; habemus quibusdam in locis turpib⁹ sunt tincta verbis. Et primo conflictu sanctorū theologorū armis cōtra istos p̄grediamur. nā poetas: oratores: philosophosq; gētiles: etiā christianos: ipsi⁹ ante alios: hieronymū ab angelo corruptū tanq; suspectos silentio pretereamus. Nudiam⁹ augustinuz qui ante dei tribunal nō fuit pro latiniſ litteris flagello cesus libro primo dicitate dei dicentē. Nampe apud virgiliū: quē propterea paruuli legūt: ut videlicet poeta magnus: oīmq; preclarissimus atq; optim⁹ teneris ebibitus annis nō facile obliuione possit aboleri. scđm illud horatij. Quo: semel est imbuta recens: seruabit odore Testa diu. Consideraverba augustini obsecro: vir romane quicunq; es in laudē virgili⁹ prolata: cōtra eui nostri littoralicullos. qui tū iniuria perciti: n̄i rerū inscicia coacti tam sublimē vatem

54

quotidie pene insolentissime: si pessimeq; laniat. quod facientes manifestissime declarat se. hunc sanctum doctorum non vidisse: aut vidisse quidem: verum minime intellerisse. quod si viderint et intellexerint: multo grauiori digni sunt supplicio. dum tam nefarie veritate ipsam coterunt: deprimunt: et suffocant. Unde non minus acutus quam sapienter istorum miserabile insaniam duobus exemplis. superioribus diebus reprobasti: ex tempore interloquendum a te adductis. quorum alterius fuit. Ab Hauri qua causa christiano nominis infensi: inimiciq; sunt acerbiti. quae praeue secte non nostre sanctissime sunt fidei. ita qui poetis oratoribusq; aduersantur: non ut latini inter latinos: sed barbari abiecti q; coperiuntur. Alterum exemplum. qui in aliqd intrare debet palatiu: non clausis: sed apertis valuis intrabit. talis est eloquentia. quod ad omne artium: scientiarumq; studiu: ianua est certissima. De qua re cum longa esset disceptatio per sanctorum patrum decreta decisum est ad sacre page intelligentia seculares litteras ac poetas sacerdotibus legatos esse. nam de seculi hominibus non dubitatur. quod res diffusissime tricesima septima. tractatur. ubi multe poetarum inseruntur autoritates Et de con. di. quinta. Irridet horatius appetitum ciborum: qui consumpti relinquit penitentiem. Expositor intelligit hoc fuisse in epistola ad lollium ab hora dictum. Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas. non in hac epistola horatius illud intellerit: salua eius peritia: sed in secundo sermoni libro in satyra. Que virtus et quam bono sit vivere paruo. ubi ciborum confusa varietate tanquam nimis nocere reprehendit. Et paulopost de quotidianis operibus monachorum: hic pulcherrimorum versuum spectator assistas. Ecce superciliosi clamoris vindictam Elicit: illa cadens raucum per levia murmur Sara cier: scatebrasq; arentia temperat arua. quod carmina virgilii sunt. primo geor. libro. que due autoritates licet sint pro hieronymum adducte: desierunt tandem hieronymi esse: ex quo a sanctis patribus approbatum predictis inserte sunt decretis. Nam cōmemoro quod in iure ciuilis pro poetis facientia cōperio dicta. quale est illud impatoris: hominem omnis virtutis patrem appellatis. Et poete dictum tanquam moralis philosophi valet et seruatur in iure. Taceo etiam quam optimemagnus basilius et coplures alij (pter memoratos) de poetis sentiant. Quod autem marcus tullius dicat secundo tuscum. questi. libro: fuisse illos a platonem ciuitatem: quam fingebat deiectos: nemo prudens moueri debet. quoniam non ex iudicio: sed ex comodo suo cicero illud protulit. Nam idem homo non dicam diuersis temporibus: sed eadem hora: eodem momento in diuersos mentis habitus mutabitur. modo letus: modo tristis: nunc blandus: nunc iratus pro tempore: et rerumq; conditione. qualis eo ipso loco cicero contra poetas insurgit. Nam cum tractaret de dolore: et eum ad animorum informationem: roborationemque malum esse omnino negaret: et sophocles grecus tragicus herculem virum fortis introduxisset gementem: plorans: que muliebriter: ob induitam tuni

cam sanguine centauri tinctā: a deianira missam: et eschilos itē grecus p̄o  
methēū caucaso alligatū miserrimos emittere eiular⁹ fecisset: ex candescit ci  
cero ex p̄sone sue dignitate dices Sed vides ne qđ mali afferāt poete: lamē  
tantes inducūt fortissimos viros. Ab soliūt aios nostros. Sed quid poetis  
irascimur: Virtutis magistri philosophi inuēti sunt: qui summū malū do  
lorē dicerēt. Recte igit̄ a platone deiiciunt̄ ex ea ciuitate: quā finxit ille: cu⁹  
mores optimos ⁊ optimū rei p̄i statū exqreret. Deiecit plato turpes poe  
tas: quales erāt greculi quidā. At homerū nō eiecit plato: cui⁹ poesis tota  
est virtutis cōmentatio. Nō eieciſſet virgiliū: horatiū: ouidiū: ⁊ cōplures  
alios. quos oēs vsq; a redēptoris nostri aduentu rerū parens natura emi  
nētissimos in lucē edidit. p̄ter paucos admodū comicos. Et cicero ipse fuit  
poetarū studiosissim⁹. vt sparsim plerisq; in locis aptissime ostēdit. Alliter  
in oratiōe pro archia poeta: aliter hic locut⁹ est. Et forte doluit: nō habuisse  
illā in carmine venā: qua in libera floruit oratione. Et vt dicā: qđ mea asse  
qui ibecillitate possum: Quelibet artes: ⁊ q̄libet scientie suos habēt terminos  
Sola oratoria facultas oīm artiū: oīmq; scientiarū est termin⁹. Nec quis  
adeo erit rationis exp̄ers: qui inficia seat: poetā supra hominē ⁊ infra deūz  
esse: vt ipse met cicero eiusdē operis libro primo sentit. cuius verba sunt hec  
Quod si in hoc mūndo fieri sine deo nō potest: ne in sphera quidē eos mot⁹  
archimedes sine diuino ingenio potuisset imitari. Ab ihi vero ne hec qui  
dē notiora ⁊ illustriora vi diuina carere vident̄. vt ego aut poetā graue ple  
nūq; carmē sine celestis aliquo mētis instiūctu putem fundere: aut eloquē  
tiā maiore quadā vi fluere: abundantē sonantib⁹ verbis: vberibusq; sentē  
tijs. Sed hec ad poetas approbados sint satis. pro oratore ab istis oppres  
so quid dicā nō habeo. ⁊ si quicq; haberē nō ausim promere. Si quidē de⁹  
ipse qui est veritas: oīm patronorū optim⁹: patron⁹ semp astat. Solūmo  
do oratoris nomine se cōuinci: cōfundiq; p̄mittere isti deberēt. Itā ex quo  
viuitur in terris: oīm philosophorū: ⁊ imponētiū rebus nomina sententias  
fuit. vt qui aliquid memoratu dignū excogitaret: ederetq; solutis: v̄l nō so  
lutis pedibus: diceret orator: ⁊ actio ipsa ab eodē autore in ordinē suum re  
dacta: appellareſ oratio. q̄b⁹ duab⁹ rebus nihil potest esse sublimi⁹. Nam  
orare nō est aliud q̄ p̄ces ad deū fundere placādi: v̄l cōciliandi gratia. que  
res nos deo cōiungit: ⁊ acceptos reddit. ⁊ filius orauit patrē. q̄ duo verba  
in hūcvsq; diē durant: ⁊ ad extremā iudicij finē sunt duratura. qđ nec sum  
mis philosophis: nec theologis: nec iurisconsultis in tanto tēporū spacio ni  
si solis dicēdi peritis datū est. Et his oībi: clarissima luce clarius appetet  
poetas nō ppter ea nō legi: q; ad libidinē incitent: ⁊ ed q; non sint digni: vt  
ab hebetibus rudibusq; quales isti sunt: legant. nam si qđ asserūt: verum  
esset: libidinosum et cōtaminans ī dicerem⁹ fuisse hieronymū: augustinum

55

paulū: et tot celibes: qui poetarū fuerūt studiosissimi. Et quicūq; latini elo-  
qui politiā: elegantiāq; fuerit aspernatus: licet in ceteris doctissim⁹ sit: non  
tamē litterat⁹: sed litar⁹ honestissime dices. Et qđ de latina: idem de greca  
quoq; facundia sentio. Tandē ne te pluribus demorer amplissime p̄nceps  
sine hac facultate nihil boni ad humane vite vsum: et ad aie salutē habere-  
mus. nō theologiā: nō leges: nō p̄tificiū ius: nō deniq; breuiariū ipsū quo  
quotidie dei sacerdotes recitat. Tu itaq; tuos liberos his artib⁹ istitui p̄ru  
dētissime facis: q̄ vir tricesimū et sextū attingis annū: et tātā iaphrica cōfeci  
stī mauroz stragē: quātā hannibal ipse in europā traīciēs nunq̄ fecit. nec  
tu regio sanguini: sed soli virtuti cōfidis. Deus tibi fauer: qr iustus et pius  
vivis: et in magnū premiuꝫ sapientissimā ac modestissimā mariā frerā tibi  
iunxit uxorem. er qua duos bis: omnes quidē elegētissimos habes filios  
cōmode: decēterq; partitos. inter mares tres vna resīdet femella. Et cum  
semper p̄ fide cesarissime gesseris: nūc pro latīna lingua aliquādo insur-  
ge: et latrantes tua sola taciturnitate coge obmutescere. quod si opere pre-  
stabis deo: et vtriq; hesperie: bonisq; omnibus eris carissimus. Sī ad-  
uersus sycophantas animū demittes: aut contempta regia cynicus: aut re-  
licto parnaso castalioq;: sardanapali fiam verus imitator. Vale.

**C**omes alcotini valentino ferdinādo morauo. S.

**D**acet mihi ista tua imprimēdi ars supra modū q̄q germanitatē  
quādam sapiat: q̄ multo esset elegantior et melior: si tuis nō tantuꝫ  
cōfideres alūnis. posteri vero nō in illos: s̄ in te virū peritū omnē  
culpā trāfferēt. N̄ea q̄ petis imprimēda: inculta sunt nimis adhuc et rudia:  
nec tāto digna nomie. s̄ meorū loco pauca qđā mitto. q̄ a cataldo p̄cepto-  
renō supiorib⁹ ānis ipetraui. tuo utere arbitrio. ego iā sū vſus meo. vale.

Impressum vlyrbone: anno a partu virginis millesimo  
quingentesimo. mense februarij. die vicesimo primo.







